





DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
DE
METHODO
MORBOS INFLAMMATORIOS
A FVLGINE ORTOS
CVRANDI

QVAM
E DECRETO
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE OBTINENDIS
PRAESIDE
D. ADAMO NIETZKI
MEDICINAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
FACVLTATIS MED. H. T. DECANO
AD DIEM XX. IVLII c1810c1811.

H. L. Q. S.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
IO. IOSEPHVS STEINLECHNER
BOHEMVS PRAGENSIS.

HALAE, STANNO GEBAVERIANO.

DISSERTATIO IN ACADEMIA MEDICA

METHODO

MORBORUM INFLAMMATORIORUM

ALVEOLARUM

OTITIS

ET ALIIS

DE GRADU

DOCTORIS IN ACADEMIA MEDICA

TRIBUENDI

GRADU DOCTORIS

IN ACADEMIA MEDICA

TRIBUENDI

DE GRADU

DOCTORIS IN ACADEMIA MEDICA

TRIBUENDI

DE GRADU

DOCTORIS

IN ACADEMIA MEDICA

TRIBUENDI

DE GRADU





§. I. Inter morbos ex operatione elementorum in aëre mixtorum, merito a terribili fulmine effecti, inquirendi sunt. Nullum hactenus horribilius instrumentum naturae et artis notum est, cuius

A 2

momen-



momentanea vi machina humana in subtilissimis suis partibus tam velociter, tamque mirifice alterari vel destrui potest, ut aliquando summa cum cura instituta inspectione cadaverum a fulmine occisorum, nec vllum vestigium cuiusdam mutationis tam externe, quam interne appareat.

§. II.

Ignis est fluidissima et subtilissima in omnibus punctis contactus corporum praesens materia, quae, quam primum mediante aethere et aëre partibusve suis propriis inter se in actionem et reactionem incitatur, resoluitur, lucet, olet, simulque transitu vehementi per aërem fragorem facit. Hinc flex cum chalybe, lignum forti frictione cum ligno, vel alia duriori materia inclusam fuisse scintillis prodit ignis materiam. Phosphorus artificialis non nisi frictione adurit, et ipsa aqua marina in procellosae tempestatis motu tenebris se igneam offert.

§. III.

Effectum operationis fulminis contusionem et combustionem esse, signa corporum a fulmine tactorum,

etorum, relicta confirmant. Huic accedit priuatio omnium vel quorundam sensuum, tremores artuum, asthma conuulsiuum, catalepsis etc. Illorum vero gradus maiores vel minores, quantitas et qualitas fulminantis materiae, qualitas constitutiua obiecti, loci, situs, habitus, immutant, et aliquando a prima et leuissima inflammatione vsque in sphacelum decurrunt.

§. IV.

Et si recentiores omnes effectus fulminis, virtutem electricam in summum gradum euectam pro causa habent: mihi tamen ex his opinionibus nihil restat, quam id, vt, si effectus contusionis a fulmine cum effectu contusionis per alia naturalia vel artefacta instrumenta comparetur, vtriusque effectus sit, legitimam cohaesionem elementorum partium solidarum destruere.

§. V.

Partes totius corporis propriis sunt vestitae inuolucris, et praeparatio anatomica neruos, arterias, venas et ex his composita nudis repraesentat



oculis, cui accedit illud vniuersale inuolucrum, a subtilitate sua cuticula nominatum. Haec in spatio vnus vulgaris grani fabuli 125000 vasculis perforata dicitur, ad transpirandum humorem subtilissimum, ad flexibilitatem, molliem et refectionem perditam restituendam, et papillulas nerueas ab obiectis violentis defendendas; prouti LOEWENHOECIVS microscopiis obseruauit, et SANCTORIVS transpirationem explorauit ponderando.

§. VI.

Ad hanc flexibilitatem in omnibus corporis intermediis conseruandam, necessario quidam accedunt alii vasorum fines, qui inter contextum cellulosum quendam oleosum humorem secernunt, et illius lubricatione actionem mechanicam partium elastico-solidarum, cellulosa tela vbique connexarum, a nimia frictione defendunt.

§. VII.

Omnis frictio per vim elasticam efficitur. Est vero elastica partium solidarum vis illa, quae partes firmas, a causa externa quauis impingente, pressas

aut



aut extensas, cessante vi premente et tendente, in pristinum statum reducit. Haec elasticitas ad fluidorum motum, in corpore nostro per canales suos minimos perficiendum, maxime necessaria est, vt cuicumque actiuae vi apto robore nec nimis laxae, nec nimis rigide reagant.

§. VIII.

Omnis ergo legitima elasticitas et connexio partium solidarum; regularis motus circularis fluidorum ad functiones animales, vitales et naturales cum facilitate exercendas supponitur, et minima superficie et connexionis harum descriptarum partium destructio, impotentiam momentaneam parit, et causas morborum efficit inflammatoriorum.

§. IX.

Qualiscunque ergo sequatur effectus, si quaedam vires actiuae hanc cohaesionem naturalem maiori velocitate destruant, quam naturali sua potentia resistere possunt; viribus cedunt fluida, effluunt, intersitia interfodiunt, comprimunt, continuanti humori circulanti resistunt, et vniuersalem partis vul-

nera-



neratae, vel totius corporis destructionem produ-
cunt.

§. X.

Inter omnes vero a fulmine productos mor-
bos, nullus tam subito auxilium requirit, quam ille,
qui a medicis asthma conuulsuum nominatur; vt-
pote quod non solum hominibus ipso fulmine tactis,
sed et illis in circulo huius atmosphaerae inclusis,
quandoque accidit, et fere semper cum tremoribus
artuum et inflammatione pleurae stipatum est. Ac-
censa materia ad spatia pellitur, et implendo aërem,
omnes in superficie animalium progredientes neruo-
rum extremitates, furioso stimulo constringit. Hoc
in casu locus ad puriorem frigidiusculum aërem in-
spirandum mutetur citissime, ne breui temporis spa-
tio etiam succurrentes suffocatione moriantur. Hoc
facto, exuantur vestes, et instituta larga venae sectio-
ne adhibeantur talia remedia, quae omnes superfi-
cies corporis, tam externe, quam interne humectan-
do et emolliendo, partium neruosarum spasmodicas
contractiones, et in primis pulmonum, relaxant.

§. XI.

§. XI.

Omnem contusionem et combustionem, quacunque vi productam, primum quod sequitur, est febris inflammatoria. Illius vero gradus secundum superfetis vitae vires considerantur, et secundum has etiam omnis inflammatio eundem decursum, eundemque exitum habebit. Cum vero in omni inflammatione sanguis maiores arteriarum fines praeternaturaliter obturet, extendat, et crassiores sanguinis globulos, irritatione cordis et arteriarum maiorum in minores pellat, necessario tensio, calor, tumor non solum in parte laesa, sed et in aliis corporis partibus, ut in pulmone et meningibus, sentiuntur.

§. XII.

Inflammatio et febris accessoria, si prosperum euentum habet, curatur resolutione, id est, si aetatis solis vitae viribus, aut auxiliis medici obstacula sanitati opposita auferantur, interne diluantur inflammati humores, et ita mobiles reddantur, ut viribus

B

cor-



cordis integris, et iis vasorum restitutis, ex vasis antea obstructis, iterum propelli, et cum reliqua massa humorum misceri possint. Ad hunc effectum obtinendum necesse est, vt in omni corpore iuuenili, vegeto, sanguine succove pleno statim largam venae sectionem instituas, et pro gradu tensionis, doloris et caloris repetas; alias inflammatio ad maiorem et periculosiorem gradum transibit. Celebrata venae sectione, quies animi et corporis absoluta imperetur. Aeger in frigidiusculo et obscuro cubili teneatur et interne medicamenta aquosa acidula, leniter per alvum laxantia e manna, cassia, tamarindis, salibus acidis, nitrosis adhibeantur. Victus ordinetur ex farinosis, oleribus mollibus, vt sunt acetosa, cerasa acida, ribesia, baccae sambuci, berberis fructus, succus aurantiorum, citri, limoniorum.

§. XIII.

Non infrequenter accidit, vt febris impetus tantus non sit, vt ideo venae sectionem postulare videatur, maxime in corporibus quibusdam laxis. Verum

rum

rum si intolerabilis dolor adfit, copiosissimus detrahi debet sanguis, in primis si initium morbi a notabili inflammatione proficisci apparet. Nam dolentes partes se fortissime contrahunt, et in contractis illis tales efficient obstructions, quae nullo plane modo resolui poterunt. Quin imo experientia docet, quod et hic venae sectio simul omnes dolorum effectus enarratos tollat, atque neruorum motus citissime complacet.

§. XIV.

Sicut tota cura febris inflammatoriae requirit generatim usum remediorum antiphlogisticorum simulque resoluentium obstructions: ita necesse erit, ut etiam medicamenta externa eiusdem virtutis sint. Quando vero propter symptomata morbi inflammatorii maximi gradus, eo iam peruenit res aegrotantis, ut his adhibitis remediis damno corpori illato resistere nequeamus: suboriri tunc solet gangraena et sphacelus, praesente etiam optima humorum constitutione.



§. XV. Ignis, vti notum est, in motu partium sulphurearum rapidissimo consistens, motu quoque isto quascunque corporis partes celerrime transit, transiendo non solum omnem humiditatem absumit, fibras et membranas contrahit, exsiccat, lacerat, erodit, vnde vasculis pluribus adeo laesis, humores mediantibus illis continuo circulandi, in motu suo turbantur, impediuntur et plane dissipantur, ut non nisi summa inflammatio, corruptio, putredo et enecatio partium sequi possint. Ignis fulminalis praeter ea ob motum rapidissimum flammae ex atmosphaera nubis explosae, eo intimius penetrat, indeque non solum adurit, sed etiam ossa quandoque soluit, comminuit, partes spirituofas humorum simul exhaurit, dissipat et motum eorum penitus destruit, integris adhuc partibus exterioribus; quemadmodum ipsa metalla soluere solet, illaesis receptaculis, vinum, spiritum vini absumit, saluis doliis, pullos in ouis suis, integris testis, extinguit.

§. XVI.

§. XVI.

Praemissis ergo illis vniuersalibus interne contra inflammationem quam citissime adhibitis, opus hic est topicis generosioribus. Quo nomine praecipue acetum, aqua communis, oxycratum, vinum acidulum, spiritus salis, vitrioli, cum aqua vel aqua calcis viuae permixtus, sal Ammoniacum, sal pruellae, nitrum et cortex Peruuianus, cum vino vel aceto infusus, tepidus frequenter applicatus, summam laudem merentur.

§. XVII.

Si vero haec, ob mali grauitatem nondum inflammationi et putredini resistendae sufficiunt, scarificatio in loco affecto, nec non circa illum, etiam in parte sana, et quidem satis profunda fieri potest. Hoc enim modo sanguis stagnans, feruidus, et ad putredinem tendens, commode prolicitur, vascula nimis ab eodem pressa et distenta deplentur; dolor et calor exinde ortus egregie mitigatur.



§. XVIII.

Indicatio vltior requirit, vt acre, putridum immutetur, vires corporis roborentur et debita nutritio corpori restituatur. Huic satisfaciunt diluentia, austero-acida, vt decocta myrtillorum, acetosae, avenae excorticatae, hordei mundati; Syrupus myrtillorum, berberis, ribesiorum; oxymel simplex, spiritus vitrioli, salis ad gratam aciditatem aquae conciliandam, vsurpandae loco potus ordinarii. Cortex Peruvianus ad quartam partem cum aceto et melle extractus, eiusdem quoque loci erit. Porro: purgantia antiphlogistica, vt pulpa tamarindorum cassiae fistulae cum cremore tartari.

§. XIX.

Cum autem semper quaedam particulae putridae hic absorberi, et iam absorptae massam sanguinis inquinare, ideoque febrim et resolutionem humorum prauam augere soleant: hinc potus detur subacidus, salibus alcalicis resistens; et continetur simili modo cum remediis supra allegatis. Nam
optima

optima transpiratio et in peste promotetur, vt illud putridum venenum a corpore profigetur, acetum sambuci, et distillatum simplex, aqua tepida dilutum et potatum conducit. Item emulsio ad acre inuolendum et putredini resistendum, ex feminibus melonum, cucurbitarum, papaueris albi, cum aqua hordei.

§. XX.

Regimen aëris sit temperatum, corpus leuiter tectum, cibus subacidus, mollis, succulentus, ex panatellis, cum vino acido, ex farinosis, cum aqua paratis, ex herbis subacidis, vt sunt acetosa, oxylapatum, poma vinosa cum pane tosto in pulstem cocta: potus ex lacte ebutyrato, fero lactis, anatica parte lactis et aquae, ex decocto hordei mundati, cum vino rubro.

§. XXI.


Catalapsis nec non priuationes omnium vel quorundam sensuum in casu nostro, videntur produci a mutata superficie neruorum, per attactum contra-





contrahentem, vel violenter stimulantem, ita; vt illa mutatio propagetur ad aliquem in cerebri medullae locum, a quo nerui omnes sensibus et motibus voluntariis perficiendis destinati originem suam ducunt. Hae mutationes neruorum siue simplices, siue compositae videantur, licet a quacunque causa, specie diuersa, neruos afficiant: nulla alia methodo tractandae erunt, quam anti-phlogistica.

T A N T V M !







X2338867





DISSERTATIO
MORBOS IN
A FVL



GRATIOSAE F
IN REGI

GRADV
SVMMISQVE IN
AC PRIVIL
RIT

D. ADA
MEDICINAE PRO
FACVLT
AD DIEM

IO. IOSEPH
BOHI

HALAE, s T



CA
RIOS

CAE

S
RIBVS

ZKI
ARIO

NER

N O.

1771/10

12

21

